



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Beneficiarivs, De Natura & Speciebus Beneficii Ecclesiastici: Item Simonia, pessima Beneficiorum Emprice

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Caput VI. Assignantur necessariò requisita, ut prædicta bona Ecclesiæ
alienari possint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42013

non item generalem. Quia per generalem hypothecam, quâ omnia bona in hypothecam sive pignus dantur, non adest tam propinquum periculum alienandi, quàm per specialem.

C A P U T VI.

Assignantur necessario requisita, ut prædicta bona Ecclesia alienari possint.

Quatuor sunt causæ justæ, ob quas fieri potest alienatio.

Debet in ea exhiberi certa sollemnitas, & qualis.

UT alienatio prædictorum bonorum Ecclesiæ fiat licitè, & validè requiritur primò causa justa, quarum quatuor assignantur. Necessitas Ecclesiæ, ut si aliter Ecclesiæ debitis satisfieri nequeat: majore jusdè utilitas, ut si res alia Ecclesiæ utilior eo modo acquiratur. Pietas, si redimendi sunt innocentes captivi, vel pauperes in alia gravi necessitate sublevandi. Incommoditas, si res alienanda majorem incommoditatem, quàm commoditatem afferat. Secundò requiritur certa sollemnitas, quæ in his consistit, ut præcedat tractatus cum Capitulo, hoc est, detur examinandum Capitulo, utrum expediat rem alienari: adhuc ut accedat consensus Capituli, hoc est, major pars Capitularium

LIUM

rium, qui tunc præsentés sunt, item
ut adsit consensus Prælati, cui Ec-
clesia subest, denique ut habeatur
consensus summi Pontificis, *juxta* Debet ad-
Extrav. Pauli II. Ambitiosa, idque esse con-
sub pœna excommunicationis, in mi Pontifi-
qua nomen alienationis in sensu
tam stricto accipitur, ut etiam lo-
cationem & conductionem ultra
triennium complectatur. *V. c. nullus*
de rebus Ecclesia alienand. & cit. Ex-
travag. Less. l. 2. c. 24. Sylvester tamē
verb. excommunic. Nav. & c. cen-
sent cit. Extrav. in multis locis nō
esse receptam quoad pœnas sive
censuras, & locationem ultra triē-
nium. Vi ejusdē *Extravag.* poterit
Prælatus rem aliquam ab antiquo
in feudum sive emphyteusim con-
cedi solitam sine alia solemnitate
sic deinceps concedere. Quia hæc
non est nova alienatio, sed potius
executio antiquæ ordinatio-

nis. V. Laym. l. 3. tit.

4. c. 10.

F I N I S.

H

Index